

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0022

LOG Titel: De Morphno seu Clanga. cap. VIII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Ab hac diuersam alteram, non tamen admodum ab similem, sed cuius icon desideratur, Aquilam idem Bellonius subiicit: quæ est huiusmodi. Eadem cum præcedente, etsi paulo dissimilis, est ea Avis, quam idem Quæque blancæ, id est, Pygargon seu Albicillâ Galli vocant vernaculo didiomate. Rostrium illi nigrum non nihil, & aduncum. Crura seu tibiæ potius graciles sunt sed luteæ admodum, tabellis anteriori rectæ. Ungues haud crassos, sed atros, breues & in formicem curuatos, eosq; acutos habet. Miluo Regali adeo similis est, ut vix esset, qui vnum ab altero dignosceret, nisi hic & minor esset, & ventre intentius albescente, pennas scilicet circa vropygium cum superiores, tum inferiores candidissimas obtinens, vnde & nomen habet. Cauda longa est, & varia, alarum in morem. Quæ ventrem plumulæ induunt, fuluo nitent ad calami longitudinem: cadent reliqua. Huiusmodi sunt & femoris pennæ. Radices plumarum colli & cervicalis, uti occipitis, albæ sunt, apices verò fului; quemadmodum & plumulæ alarum minores in summa extremitate. Remiges plumæ magis fulcæ sunt. Hic per campos Alaudas infestatur, in quas conspectas impetuose ruit: illæ autem in altum sublata, eumq; volatu superant sic ab hoste sibi cauendo illius tyrannidem euadunt. Quod si Subbuteonem huic rei interesse contigerit, amorem certè & iucundum præbetur intuentibus spectaculum. Hic enim cum multo agilior sit & velocior, confestim Pygargum volatu præuertit: dum verò de præda certant, Alauda fugâ sibi consulit, & vtrumq; eludit. Vbi Subbuteo seu Hypotriorchis Alaudam cepit, tum prædam extorquere Pygargus enititur. Quo certamine, etsi Subbuteo Pygargum agilitate & celeritate longè superet, viribus tamen ab hoc ipso vincitur. Aliquando huius confidius spectatores Alaudam prius nactum Subbuteonem, ab Albicilla comprehensum vidimus, sed pedibus ac alis confertis ac implicatis vtrumq; delabi in terram necesse fuit. Vnde capti ab aucupibus mutuum sibi exitum atulêre. Hæc res immortale inter eos dissidiû esse mihi persuasit. Licet autem Subbuteoni velocitate volatus hic Pygargus cedat, priorem tamen Albicillam hoc nomine longo iatervallo post se relinquit. Habitat in Syluis, ac intra dumeta frequens visitur.

Rostrium.
Crura.
Ungues.

Cauda.
Venter.
Eorum.
Collum.

Ala.

Subbuteo
Pygargum
volatu superat.

Subbuteonis cum Pygargo pugna.

Locus.

DE MORPHNO SEV CLANGA.

Cap. VIII.

QUINTVM verò propter vires & actionum præstantiam inter Aquilas locum obtinet Morphnos, qui à Plinio Melanæto, ab Aristotele verò proximè Pygargo, vti, & à nobis subiungitur, vtpotè magnitudine & robore ei secundus.

Id. c. 63.
9. Hist. 6.
32.

SYNONIMA.

VARIIS istæ Aquila nominibus appellatur. Græcis est Μόρφνος, Πλάγγος, & κλάγγος; Νηροφόρος quoq; ab actione dicta est. Aristoteli præsertim. Homero verò Πέρκνος. Latini interpretes Theodorus & Plinius pro Græcis sequentes Latinas substituant: Νεμία, Clanga, Planga aut Planca, Anataria seu Auicida Morphni nomen obtinuit à penne macula seu ab næuo, vnde Næuiam Latine merito dixeris. Sunt qui Μόρφνον exponant per synopsis tanquam Auicidam, hoc est, cædis aliarum Avium authorem τὸν μεμορμωμένον περιφόνος, ἢ μόνον φεροντας; Alij ἁμορφον, id est, formosam appellant; Alij παρὰ το μαρπτειν, vnde præteritum μέμαρφα, a in obreue conuerso, & abundante litera r, ut Eustathius & Varius tradunt. Clanga cum Græcis, tum Latinis à voce dicta fuit. Illi enim clangorem κλάγγω etiam vocant, qui de Aquilarum voce proprie dicitur, vti in vniuersali historia latius declaratum fuit. Plangum habet Plinius, vetusti codices Clangum, vti Hermolaus habet. Facile enim ac procliuè fuit pro κλάγγος legere κλάγγος. Sunt qui apud Plinium pro Plango Plangūta legunt, quasi errauerit, sed homines hi de imperitia Hermolao reprehensi sunt, quod vti ple ait, & authorem non habeant, & Aristoteles κλάγγος appellet. Perchnon Grammatici interpretantur tum simpliciter nigrum, tum nigro colore infectum, ut idem cum Morphno significet. De hac voce, nec non de Morphno Eustathius exponens hæc verba Homericæ λέιστατον μεταλειών Μορφνον Θηριτίρ ἢ κὲ πέρκνον καλέισι: ita tradit: περιπνος vltimum acuit, quanquam Aristarchus hanc vocem berytonam esse voluerit: Morphnus verò scribitur cum acuto in penultima. Diuersa ab hac Aquila Perchno, est Perchnopterus, de qua post suo loco. φλαγγύας Aquila eadem mihi videtur quæ Morphnos, vel potius Morphni esse epitheton:

Μόρφνος.
Πλάγγος.
Κλάγγος.
Νηροφόρος.
Πέρκνος.
Νεμία.
Planga.
Anataria.
Auicida.

Plangūta.

Perchnon
quid.

Φλαγγύας.

*In Aspide.**Ornithologo error.**Scabau.**Huard.**Gerfault.**Enteïtoesfer.**Balbusardo**Anglorum.**Dibachi.*

ron : nam apud Hesiodum legimus , *Μορφήο ἀλιγύαιο*, vbi Grammatici exponunt *μέλανος* *Αστῦ*, vt habet Varinus, quasi Phlegyam substantiuum faciant, & Morphnum adiectiuum: Sed mihi contrā faciendum (inquit Ornithologus) videtur. Idem Aquilam eam qui Aquilastro Italis dicitur, Morphnum esse existimat, hoc argumento, quòd viuat piscibus. Nos potius Osifragam, Italorum Aquilastrum pòst proprio capite declarabimus. Turcis Morphnos vocatur Scabau. Gallis quibusdam Huard. Bellonio verò Gerfault. Germanis Enten(toc)ssel, quasi Anaticida dicas. Turnerus opinatur Auem Balbusardo Anglis suis dictam, esse Anatariam: sed hanc ab Anataria diuersam esse, atque eam potius Auem Ornithologus arbitratur, quæ Germanis *Μασσυvy*, id est, Miluus palustris dicitur, quòd circa paludes & lacus Anates *Aues aliaf.* quæ palustris venetur. Hic ab alijs *Fischer* appellatur, id est, piscator, quòd pisces etiam capter, quandoq; Anataria ab interprete Auicennæ *Dibachi* Arabicè nominatur.

FORMA. DESCRIPTIO

*L. b. 9. Hist. s. 12.**Magnitudo.**Color.*

RELIQVARVM omnium maxima est Gnæsia, minima Melanatos: cæteræ, vt Anataria, Pygargos Percnopteros, Osifraga, inter has intericiunt: Anataria ergò omnium præter Melanætum minima fuerit. Nam teste Aristotele, magnitudine & viribus Pygargum proximè sequitur. Hometus loco paulò antè citato Percni alas tantum patere cecinit, quantum valuæ ostij thalami cuiusdam viri diuitis. Color Anatariz veterù ex nomine ipso colligitur. *Μορφήο* enim Grammatici nigrù & obscurum interpretantur *παρα τὸν ὀφθαλμὸν*, id est, à tenebris & caligine. Apud Homerum legitur, *Νύκτα δι' ὀφθαλμῶν* pro nocte obscura. *Περνήος* quoque nigrum interpretantur, & uam nigram *περαξίζουσαν* dicunt; sed ea nigredo non sine quadam cæruleo colore est, qualem ferè dicunt Indicum. Hic color totius est Anatariz, qui tamen maculis seu næuis quibusdam interstinguitur, vnde & Morphno, id est, Næuiæ nomen est: Sed qualesnam sint hæ maculæ nemo veterù exponit. Bellonius albas existimat, quo auctore, ignoro. Itæc ergò sunt, quæ de Morphno veterum ex eisdem authoribus, quod ad formam attinet, colligi possunt. Quæ omnia cum nulli adhuc Aquilarum, quæ quidem inquam à me visæ sunt, competere animaduertentem: quare certi aliquid de ea non possum statuere, aut exactam eius delineationem lectori ab oculis ponere. Si tamen eam aliquando nancisci dabitur, ne hic quidem & veterum scripta illustrando, & quæ desunt, adijciendo, nostro muneri deerimus: Sed nec recentiorum Morphni icones aut descriptiones, veterum notis vndiquaq; respondere videet: quia tamen ad hoc Anatariz Aquilæ genus potius, quàm ad aliud quodpiam referri debere videntur: itaque singularum seorsim historiam hic subnectam.

Ornithologus suam, cuius iconem primo loco exhibebimus, pinxisse contentus, nullam adfert descriptionem, vnde de ea iudicium non licet facere. Bellonius diuersarum opinionum fluctibus agitat, nec opinionis suæ ipse satis certus, Auem Gallis Gerfault dictam nobis pro Morphno obrudit: quibus verò argumentis aut rationibus id faciat, subricet. Sanè vel ex eo, quòd Auem hanc (vt ex sequentibus liquet) terrestris venatui vbiq; à magnatibus adhiberi tradit, & ne verbum quidem de Anatum aut piscium raptu facit; itaq; Morphnum veterum non esse, euidentissimum est. De istac ita verò scribit.


Magnitudo.

Falconẽ sculpula magnitudine excedit; ferox & audax. Pugno gestatoris recta insidet corpore satis longo, rostro, tibijs, pedibusq; est cæruleis, pedum digitis oblongis, vnguibuscq; admodum parul s. Memini me legisse, cum vera ac genuina Aquila pugnam inire ausam, & victricem abijisset. Hæ toti Italiz & Galliz pergrinæ sunt, neq; in his regionibus alias licet conspiciere, quàm quæ illic ex Germania tam superiori, quàm inferiori importantur. Germaniam tamen solum natale non habent, sed vt aduenæ eò confluunt, vbi ab aucupibus instar Falconum exoticorum capiuntur: alioquin apud Rutenos nata, vbi & nidos suos construunt. Ad omnem genus aucupij idoneæ sunt, & ad prædam emissæ, promptissimæ insequi, cæteri q; omnibus rapacibus audacioris, circurati tamen difficillimæ. Earum aliz sunt castanei coloris, aliz cinereo variæ. Sed nunquid itæc verè Morphno conueniunt, aliorum esto iudicium.

*Balbusardus Anglorum.**Contæ.*

Turnerus apud Ornithologum Balbusardum Anglorum veterum Percnum esse contendit, & omnia quæ Aristoteles & Plinius huic tribuerunt, congruere asserit: solum magnitudinem si excipias. Est aut illa, inquit, quam Anatariam esse conijcio, Auis Buteone maior, & longior, naeuo albo in capite, colore fusco proximo, ad ripas fluminum, stagnum & paludium semper degens, viuat ex venatu Gallinarum aquaticarum nigrarum, quas Coutas nominant Angli. Venationem hanc, cuius Plinius meminix, inter Aquilam istam (si Aquila est dicenda) & aqua-

ANATARIA SEV, MORPHNOS ORNITHOLOGI.



Vlysis Aidrouandi
MORPHNOS_BELLONII



& aquaticas Aves, non solum ego saepissimè vidi, sed infiniti apud Anglos quotidie vident. Si qua terræ portiuncula super aquas inter arundineta emineat, in hac solet nidum facere, ut quoniam volatu non admodum valet, à præda non procul ablit. Aves subito adoritur, & sic capit. Cuniculos ista interdum etiam dilaniat. Nunc an ista Anataria sit, necne, doctis viris iudicandum propono. Hæcænus igitur Turnerus.

Eandem Ornithologus à Germanis Acronij lacus accolis Entenstoesser, id est, Anaticidam vocat. I scilicet. Vnguibus est aduncis, Miluo colore & corpore similis, sed hoc ipso maior. Anates capit.

De Morphno veterum Plinius prodigiosa quædam assert, authorem fabulæ Phemonoën, Apollinis filiam dictam referens, quæ Morphno dentes tribuit, mutæ aliàs, carentiq; lingua. Verùm nos in Avium genere dentatas nullas novimus, præter Anates qualdam, aut Mergos nonnullos maiores. Cuius generis etiam Cataractæ esse videntur, quas Aves Accipitre minores esse dicunt, aliqui Aquilæ similes, & longissimo tempore sub aqua manere.

Lib. 10. c. 3.

Aves dentata.
Cataractæ.

L O C V S.

SALTVS & conualles & lacus incolere solet, teste Aristotele. Plinius circa lacus eam vivere solummodo scribit. Hi enim abundè victum suppeditant.

9. Histor.
cap. 12.
Lib. 10. c. 3.

V I C T V S.

AVIBVS aquaticis, ut Fulicis & Anatis potissimum pascitur, sed & piscibus aliquando. Suidas tamen author est Morphnon Aquilæ genus, solum non venari, sed cadaueribus ali. Quod quomodo defendi queat, ipse viderit.

G E N E R A T I O.

ARISTOTELES tradit Percnon ex Ostrifragis nasci. Quod mirum videtur: qua ratione ex eis, quæ ab Aristotele in Aquilarum catalogo non collocantur, Aquilæ Percni gignantur. Verùm hac de re futius, cum ad Ostrifragam ventum erit. Inter eas à Plinio cœntur Aquilæ, quæ ætitem in nidum inferunt.

In Mirabilibus.

V E N A T V S.

AQVILA illa, quam tertiam fecimus (inquit Plinius, Morphnon denotans) aquaticas Aves appetit, mergentes se subinde, donec sopitas lassatasq; rapiat. Aristoteles eadè ferè de Haliaeto refert, quem dicit eas ita insper insequi donec vel strangulet in humore, vel per summam corripiat. Et sanè nil mirum est, si utraq; circa venatum Avium aquaticarum, quibus vitam sustentant, eodem ingenio vtantur. Sed venandi modum Morphno vfitatum ex Plinio prosequamur. Spectanda dimicatio, inquit, est, Aue ad perfugia litorum tendente, maxime si cœdensa barando sit: Aquila inde ittu abigente ala, & cum appetit in lacus cadente, umbramq; suam nanti sub aqua, à lissore ostendente: rursus Aue in diuersa, & ubi minime se credas expectari, emergente. Hac causa gregatim Aibus natandi, quia plures simul non infestantur, res per se penarum hostem obcœcantes. Sæpe & Aquila ipsa non tolerantes pondus appensum, vna merguntur. Germanorum Anaticidæ seu Anatiaræ quoque lacum Constantiensem seu Acronium incolunt, feruntur ad piscium capturam rectà, vnde alibi Fischers, id est, piscatores vocantur, & vno impetu in aquam se præcipitant; quod etiam de Haliaeto dictum est, atque toties in Anates irruunt, donec defatigatas capiant tandem, quod ad duos aliquando & tres horæ quadrantes in Anate vna capienda differunt: Sæpe verò volantes siue natantes tam diu infestantur, donec fatigatam aliquam excipiant. Solent autem fugientes sese in gregem colligere.

Lib. 10. c. 3.
9. Histor.
cap. 32.

VSUS IN SACRIS.

Ilud. Q.

MORPHNON matri Deorum sacram esse Gyllius scribit. Homerus auguriū Priamō ab Ioue Morphno datū, hoc pacto refert. Cū Priamus Ioui supplicaret, Iupiter ei Aquilam misit, cuius alæ tantū patebant, quā tum Ianua thalami diuitis alicuius viri, *μελειστατος πετελιων*
Μέρφρον θρηνηρ, ὃν καὶ πέρων καλίσει, id est,
perfectissimam alitum
Morphnon venatricem, quam & Pemon dicunt.

Achilles cui Aquilæ cōparatus.

Hac ad dextrā per urbē volante lætati sunt plurimū Troiani. Quod augurium, vt inquit Eustathius, veteres sic interpretantur, tanquam Auis nigro colore clam adendum esse Achillem Priamo indicarit, & spem petitionis suæ ratam futuram, quod esset *θρηνηρ*, id est, venationis & capturæ studiosa. Præterea quia prædam nullam tenebat, Achillem quoque (qui tanquam vir regius per Alitem regiam delignetur) placidum, & mitem ipsi futurum, & quæ deſi deret, concessurum.

VSUS IN PROPHANIS.

Herculis sagittæ.

SCRIBIT Hesiodus sagittas Herculis Morphni pennis alas fuisse; alioqui nullus eius vsus est. Imò verò in lacubus & viuarijs voracitate sua admodum noxia est hæc Auis, ita vt in quibusdam locis homini, qui eam ceperit, aut occideret, tres dragmæ donentur à publico.

DE MORPHNO CONGENERE.

Cap. IX.

*Lib. 3. de Auib. e. 6.**Magnitudo. Rostro. Color.**Crura. Pedes.**Oculi. Lib. 2. ca. 1. Bellonij error.*

SI tamen verum est, quod Bellonius scripsit, nempe Morphnon, quæ à macula pennæ dicitur quasi Næuia, teste Gaza, notis albis distinctam esse (alioqui næuorum color verus à nullo veterum expressus est) sanè quam nunc descripturi sumus, si ipsa Morphnos nō est, saltem ei congener, & maximè affinis erit. Hæc. n. alas notis albis, ijsq; plurimis insignitas habet. Hæc igitur Aquila quam illustris D. Hannibal Gozadinus Bonon. compater meus biennio in ædibus suis enutriuit. Galli Gallinacei sat magni altitudine est, & corpulentia. A rostro extremo ad vltimam caudam trium cum dimidio spithamarum. Rostro erat oblongo satis adunco, deorsum recta propemodum tendente, membranula capiti coniuncto, eaq; lutea. Color totius propè ferrugineus est, nisi quod ad extremas alas versus ventrem attinet, maculis multis ovalibus, & hinc inde sparsis insigniretur, sed & ipsæ remiges extremo apice albicant, vt & principium caudæ & extremitas singularum in ea pennarum, & inferius vropygiū. Crura tota hirsuta sunt ad principium digitorum vsque, & albis similiter notis à bætico aspersa. Pedes flauo. Digni supernè squammis, infernè prope vngues tabellis seu annulis integuntur. Radices omnium plumarum alben. Macula medio pectore alba conspiciebatur, quæ non à natura, sed à vulnere quodam ibidem accepto, defectu coloris natiui, vt canities senibus, exorta erat. Oculi in ambitu bætici, pupilla nigra. Hæc Aquila vel sola docet falli Bellonium, qui crurum hirsutiem in dubitaram Vulturum notam esse cupit. Mures excoriatos primū, vt gratum cibum perauidè vorare solet.

